CACHEXIA SCORBUTICA,

QUAM
AUXILIANTE SUPREMO NUMINE,
GRATIOSISSIMI IN INCLUTA SALANA
SENATUS MEDICI DECRETO
PRÆSIDE

DN. RUDOLPHO WILHELMO CRAUSIO,

PHIL. ET MED. DOCT. PRACT. ET CHIM. PROFESS.
PUBL. CELEBERRIMO, FACULT. MED. SENIORE, ET S.R.I.
NAT. CURIOS. ACAD. COLLEGA
SPECTATISSIMO,
DN. PRÆCEPTORE AC PATRONO SUO
SUMME OBSERVANDO,

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN ARTE MEDICA HONORES, INSIGNIA
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA SOLENNITER
AC LEGITIME CAPESSENDI
INAUGURALI HAC DISPUTATIONE
PUBLICÆ JATROSOPHORUM CENSURÆ
EXPONIT

JACOBUS Schmidt/ QVEDLINBUGO-SAXO,
SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINI MEDICUS.

IN AUDITORIO MAJORI,
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
AD D. 29. APRILIS ANNO M DC LXXX.

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

Q. D. B. V.

PROOEMIUM.

PRoteo mutabiliorem vix inveniri quenquam, credula Ethnicorum fingebat antiquitas. Sive enim istum Oceani ac Thetyos filium, qualem Poetæ fabulabantur, sive Ægypti quendam Regem intelligas, uterque mutabilitatis apex quasi ex-it. In quascunque prior iste mutari formas satagebat. ic verò mentis inconstantiam insignium varietate no-bat, quibus nunc leonem, nunc taurum, jam draco-em, mox ignem, arboremve gerebat, & alia.

Liceat nobis Vertumno mutabiliorem vocare scorbu-m. Fingit hic athleticam non raro sanitatem specioso endacio, actiones vel nullo vel minimo symtomate læ-ns, & ipsum interim vitale nectar clandestino quasi ve-eno inficit, ex quo hinc enascuntur morborum monstra, enerosissimis etiam vix domanda remediis.

Arthritidem sæpè cudit, sub cujus initium adeò blan-tur iis, quos perdere minatur, ut tanto se laborare morbo ec ipsi credant miseri, donec accensæ dolorum faces eo-um perstringant oculos & convincantur, & hoc ipso quid iud, quàm Draconem insignium sibi loco esse, monstrat?

Flammea sæpè gerit, sæpè & aquea insignia, febribus el ansam præbens, vel socius factus, in quibus corpus jam igidâ perfundi, mox Vesuviano comburi videtur incen-io.

Ipsius cachexiæ jàm comes, nunc productor est, uæ testudineo quidem gressu ad hydropem ducit, a

moram istam symtomatum myriade ac inevitabili lethi fato compensat.

Neque adeò rarus vel novus hic affectus est; Videas tùm alibi, tùm præsertim in patriâ meâ scorbuticos colore funereo pallidos, paulò post hydropicos miserè vel vitam ducere vel perdere potiùs: in quibus ubi Medicus solam curare satagit cachexiam, næ turpiter se dabit. Specialem sanè & intimiorem considerationem meretur & curationem urget. Hujus itaque naturam & curam intimiùs scrutari, ac DISPUTATIONIS INAUGURALIS loco proponere conabor; quod, ut feliciter eveniat, faxit, cujus gratiam meis ausibus hactenùs clementer adspirasse, mihi grator, summus *Archiater Jesus!*

CAPUT I.

Definitionem nominalem & realem tradit.

CUm sine verborum evolutione de rebus ipsis minùs solida institui possit tractatio, hinc methodô consvetâ affectus h. l. pertractandi *Onomatologiam* paucis exponere opus videtur.

Nomen sortita est cachexia à Græcâ voce ἕξις, *habitus* & κακός, *malus*. Diciturque quasi ἕξις κακή, *malus corporis habitus*, ad differentiam τῆς εὐεξίας, quæ *habitum corporis* bonum, sanum & inprimis athleticum notat.

Quoad HOMONYMIAM, sumitur Cachexia vel *generaliter* pro omni corporis habitu vitioso, potissimùm verò cacochymico, in quo cutis apparet lurida, vel pallida. vel *Specialiter*: Sic pro specie tabis sumitur apud *Celsum. l.3. de re Med. c.22.* item pro vitiosâ dispositione hujus vel illius visceris, uti *Paulus Ægineta cachexiam jecoris hydropicorum morborum principium vocat l.3. c.47.* Interdum *magis propriè* pro totius corporis habitu discolore, subtumido & molli à quâcunque cacochymiâ orto: Sed licet hæc ultima vocis cachexiæ significatio in foro medico propria & usitata habeatur, nobis tamen neutiquam tractanda venit, sed ea saltim, quæ universum corpus quidem occupat, ac vitioso

color

colore inficit, cum ſcorbuto tamen vel complicatur; vel ab eodem originem potiſſimùm trahit. Unde, ne ambiguitas, quæ errori affinis eſt, teſte *Scaligero*, hîc benevoli lectoris mentem reddat dubiam, nominamus ſtatim in frontiſpicio hujus diſſertationis affectum, de quo noſtra ἐξέτασις eſt inſtituta, *Cachexiam Scorbuticam*. Germanis vocatur die Schorbutiſchen Siechtagen. Der Siechthum von Scharbock. Ita vertente Philippo Cæſio in theſauro ſanitatis Beverovici *part. 3. c. 13. p. 346.* it: Die Mißfarbe von Schaarbock.

Eſt verò *Cachexia ſcorbutica habitus corporis p.n. diſcolor, laxius & quaſi ſubtumidus, à ſucco nutritio ⊖e peregrino ſcorbutico infecto & peculiariter corrupto, cutem & muſculoſas inprimis partes depravatè nutriente, originem trahens, cum ſpontaneæ laſſitudinis & gravitatis præcipuè in cruribus ſenſu, gingivarum corruptione, aliisque pluribus ſæpè ſymtomatibus ſtipatus.*

GENUS *ſeu ratio formalis eſt habitus corporis p.n. diſcolor, laxius & quaſi ſubtumidus.* Color enim anteà floridus & roſeus naturalis in pallidum, liveum ac plumbeum, ſæpè etiam p.n. rubentem vel etiam ſubviridem mutatur; nativa cutis & muſculoſarum partium durities ac ſoliditas pereunt, corpusque redditur laxum & quaſi ſubtumidum. Verbo: ſingula teſtantur, qualitatem corporis naturalem in p.n. eſſe mutatam. Licet verò *Henric. Petræus diſput. harmoniac. Platerus in praxi* & alii ipſum ſcorbutum per cachexiam definiant; cùm his tamen, quòd definitionem anguſtiorem ſuo definito conſtituant, minimè facere poſſumus. Neque enim quilibet ſcorbuto infectus ſtatim cachecticus eſt, nec in omni cachexiâ ſcorbutus ſimul deprehenditur, utrumque tamen alteri facilè jungi ac in ſe mutuò transformari poſſe, ambabus largimur.

Differentia ſpecifica genus hoc ad anguſtiores reſtringit fines, quamvis enim in hydrope, cachexiâ ſimplici, & aliis pluribus color cutis vitietur, corpusque laxius fiat & mollius, non tamen ſemper ex fermento ſcorbutica labe corrupto ea proveniunt, nec adeò iisdem, quibus cachexia ſcorbutica, ſtipantur ſymtomatibus.

CAPUT

CAPUT II.

Subjectum proponit.

PArs affecta seu *Subjectum* cachexiæ ſcorbuticæ duplex eſt: unum *inhæſionis ſeu receptionis* hujus pravæ qualitatis, quod eſt cutis & ſubjacens caro muſculoſa, imò totùm corpus. aliud *Cauſæ* ſubjectum eſt *& fons* hujus mali, idque ſunt viſcera primæ & ſecundæ coctioni dicata; hæc enim non ſolùm radicale ſubjectum & fons hujus mali ſunt; ſed etiam primò hoc charactere pravo inſigniuntur, & ſuccum nutritium fermento hoc cachectico ſcorbutico imprægnant.

Ventriculus ſiquidem, ſive quòd de tono ſuo dejectus ob laxitatem vel caloris defectum in digeſtionis opere deficiat; ſive quòd fermento corrupto & acriori facto, partes oleoſas, balſamicas & volatiles nimis figat, adeoque chylum hoſtili acrimoniâ vel aciditate infectum ad reliqua viſcera amandet, vitium chylo imprimit nec in ſecundâ nec in tertiâ coctione emendabile.

HEPAR quoque, dum nec bilem ritè à ſanguine ſecernit, nec lympham decenter diſpenſat, ſanguinis aquoſi ac ſeroſi cauſa exiſtit, lympha quippe reſtagnans acrimoniam acquirit, & hinc ſæpè hydropem minatur.

Accedit, quòd jecur in tali ſtatu calorem, quem fotu ſuo ventriculo fœnerari debebat, deneget, & hoc ipſo nomine cachexiæ mater dici poſſit. Inprimis vero ſi intemperie frigidâ præditum ab humoribus craſſis obſtruatur, teſte *Sennerto l. prax. part. 6. ſect. 2. c. 2.*

- Maximè verò LIENEM autores accuſant, &, cùm hoc ipſum viſcus, uti *Excellentisſimus Dn. D. Wedelius, Patronus ac Præceptor meus ſanctè Venerandus, theorem. Med. part. 1. ſect. 4. theorem. 43.* elegantiſſimè docet, conſiſtentiam ſeri ac ſanguinis diſpenſet, illud ipſum huic malo oppidò multum contribuere poſſe, ſatis apertum eſt. Dùm nimirum fermentum ſ. coagulum ſanguini per vices poſtliminiò quaſi refundendum, ſecum retinet, adeoq; ſanguinis

is ac seri vigorationem fallit: undè serosâ colluvie à massâ
nguineâ paulatim secedente, & auctâ, cachecticus, & ob
usteras ac terrestriores sanguinis partes in ipso liene coa-
ervatas, ubi speciali characterismò morbido sigillantur,
orbuticus exoritur habitus.

PANCREAS, ubi succum aciditate nimiâ & p. n. præ-
itum intestinis subministrat, nec fæcum à chylo separati-
nem cum bile ritè præstat, vasorum lacteorum obstru-
tiones causando hunc censum subire potest.

Nec RENES omni semper culpâ vacant; à calculo enim
ut ulcere, vel à quâcunque aliâ causâ obstructi, seri transco-
ationem minùs expeditè præstant, quod hinc in massâ
nguineâ stagnans, vel ob acrimoniam auctam in abdo-
inis cavitatem effusum non tàm hydropem, quàm ca-
hexiam producit.

CAPUT III.

Causam immediatam, & mediatas proximiores eruit.

CAusarum investigatio quò difficilior, eò magis necessaria
est ac utilis; *is enim solus rectissimè curat, quem prima origo cau-
æ non fefellit*, inquit *Hipp. l. 1. de morb. mulier.*

Cachexiæ scorbuticæ CAUSA IMMEDIATA est depra-
vata musculosæ carnis & cutis nutritio; hâc enim positâ, vitio-
us cutis color sequitur.

Causa MEDIATA PROXIMIOR ex Galenicorum men-
e sunt humores præcipuè serosi abundantes, & peculiari modo
orrupti; serum enim reliquorum humorum tincturas in se re-
ipere aptum natum est.

Chimici ad ⊖ multô sero resolutum causam referunt.
Villisius ⊖ fusum acido acre in hoc affectu peccare exemplo
ini vappescentis declarare nititur *tr. de ferm.*

Helmontius Archeum furibundum & fermentorum excen-
ricitates incusat.

Sylvius acrimoniam nunc acidam succi pancreatici, nunc
⊖inam lixiviosam & vitiosam bilis, interdum verò ex utrâque
mistam

mistam ⊖sam & muriaticam peccare supponit. *l.1.prax.c.*

Tachenius acidum superabundans ex stomacho lapsum reliquas digestiones turbans cachexiam & atrophiam caus asserit, *Hippocr. chim. c. 13. pag. 90.*

Peccare existimamus humores serosos, & quidem vel *quantitate*, quatenùs ob viscerum ἀτονίαν in nimiâ abundantiâ sanguineæ massæ permiscentur, ac 🜍eas & balsamicas sangui particulas quasi suffocando laxum corporis habitum inducu

Delinquunt itidem *qualitate*, quatenùs partim viscido tenaci pituitæ magmate infecti, partim ⊖ peregrino, acido, ptico & austero permisti, & peculiari modo corrupti su quod tamen ultimum non ita acceptum volumus, quasi ad cultas tantùm qualitates hoc ipsum referendum putemus, quòd corruptio hæc endemiam illam maris Balthici accolis Germaniæ inferioris populis familiarem διάθεσιν subindicet

Nec eodem semper modo humores hosce peccare, diversis gradibus cachexiam scorbuticam constituere, certu est, prout nimirum viscerum fermenta magis vel minùs à na rali suâ κράσει delinquunt.

Motu quoque peccant, dum serosa hæc colluvies gene tur vel vitio totius, prohibitâ transpiratione, vel vitio partis cujus, de quo cap. præcedente fuit actum, quos deinde Arche sui conservationem quôvis modô quærens, ad externum c poris habitum amandat.

CAPUT IV.
Causas remotiores adducit.

DIvidi commodè solent causæ remotiores, in naturale non-naturales, præter-naturales ac supernaturales.

Ex rebus naturalibus *Temperamentum* accusamus, fri dum & humidum, quod, sicut ipso nomine serosorum hum rum præpollentiam indicat, ita ad cachexiam præ aliis dispo tum est.

Hereditaria dispositio multum sæpè confert, quamvis en *Oswald. Grembs Arbor. integ. & Ruin. Hom. p. 110.* integras se disse asserat familias cachecticorum faciem gerentes, quæ m

men à cachexia fuerint planè immunes, parentum tamen semen morboso charactere semel insignitum sobolem quoque morbosam producere, ipse statuit.

Ætas senilis præ aliis huic malo videtur esse obnoxia; quamvis enim secundum naturam siccior sit ætate mediâ, multum tamen humidi excrementitii quotidiè ferè colligit, tùm quòd senes ad motum sint inhabiles, atq; hinc cruditates in coctionibus singulis faciliùs colligant; tùm quòd sæpè potui, & inprimis usui 🜄i nimis indulgeant, sicq; serosiorem faciant sanguinem.

Et quamvis spiritus genitalis puberatis tempore fermenti ad instar massæ sanguineæ communicatus eandem longè vegetiorem reddat, singula viscerum fermenta exaltet, eorumque vitia à primo etiam ortu, vel in lactatione contracta mirificè corrigat; omnes tamen æquè juvenes à scorbuticâ ipsâ cachexiâ liberos spectare non datur: quin potiùs, dùm in victu incontinentiores sunt, intempestivoque corpora motu sæpiùs exercent, habitu cachectico non rarò comparent.

Sexus quidem uterque hujus mali capax est, quemadmodum verò omnem, ita & hunc affectum bis patitur fœmina; sunt enim frigidioris præ viris temperamenti, vitam pleræque sedentariam agunt, hinc obstructionibus & humorum corruptioni magis subjectæ sunt. Accedit, quòd ex solô mensium fluxu vel deficiente, vel nimis excedente cachexia frequenter oriatur, cujus utriusque exempla notat *Forest. l.19. obs. 25. & 26.*

Habitus corporis naturâ *laxior*, & ipsa *corpulentia* nimia suo modo hûc spectant, obesiores enim obstructiones vasorum facilè incurrunt.

Inter res non-naturales primum locum occupat Aer crassior, particulis halinitrosis refertus, qualis in locis maritimis reperitur, qui & ambiens corpora alterat, & per inspirationem sanguini ⊖ istud communicat, humores fundit, corpus molle & ad generandas cruditates aptum reddit. Hinc qui loca frigida & humida, radiis solaribus inaccessa, subterraneas cellas & cryptas inhabitant, halinitrosis exhalationibus scatentes, vel paludibus aut mari sunt propinqui, cachexiam scorbuticam haud facilè effugient. Ipse in patriâ hactenùs me-

dicinam faciens observavi tales ægrotos variis remediis per aliquot annos frustrà adhibitis, cùm jam pro conclamatis à medicis habiti essent, mutato saltim ejusmodi squalido & uvido hospitio sanitatem quasi postliminiò recuperasse. Aerem lithargyrii atomis impraegnatum cachexiam quoque inducere posse, metallurgorum exemplis ac rationibus probat *Stockhusius de asthmat. mont. c. 79.*

CIBUS & POTUS variè possunt procreare hoc malum, quemadmodùm enim corpora sudoribus nocturnis diffluentia copiosiori cibo uti eadem, indicant, teste *Hippoc. s. 4. aphorism. 45.* ita ciborum quantitatem nimiam, non fluente sudore, cachexiam inducere posse, satis manifestum est. Præsertim si cibi qualitate simul peccent, sintque mali succi, concoctionis difficilis, crassi, fæculenti: speciatim carnes fumo induratæ, salitæ, it. acida, pinguia, dulcia, flatulenta & aquosa, vina austera, vappescentia, cerevisiæ fæculentæ, non satis vel nimis fermentatæ, de quarum abusu & vini utplurimùm defectu apud Germanos valdopere conqueritur *Oswald. Grembs Arb. Integr. & Ruinos. Hom. p. m. 464.*

MOTUS INTEMPESTIVUS præsertim à cibo sumto factus nimius cachexiæ quasi parens haud injustè diceretur: QUIETEM quoque nimiam & vitam sedentariam plurimùm hic valere, haud facilè quis negabit.

EXCERNENDA in corpore retenta huc etiam spectant. inprimis verò insensibilis transspiratio prohibita ac urina justò diutiùs suppressa accusari merentur. Sic quoque ex mensium suppresione cachecticas toto die videre licet virgines. Idem evacuationes nimiæ causantur: Sic immodicus mensium fluxus si diutiùs duret, ♁ sanguinis depauperat, hinc sero nimis aucto cachexia promptè exurgit. Idem de fluxu hæmorrhoidum censendum, quorsum & hæmorrhagiæ pertinent.

VIGILIÆ, sicut nimiæ & lucubrationes non rarò hujus mali causa sunt, vel ipso plerorumque literatorum malo habitu teste; ita & SOMNUS modum excedens idem præstat: unde & hîc valet Hippocraticum illud: *Somnus*

mnus & vigiliæ, utrumque, modum si excesserint, malum. s. 2. aphor. 3. Hæ enim spiritus exhauriendo, illæ verò eosdem quasi opprimendo, cruditates augent. Inter ANIMI PATHEMATA, non exclusis tamen aliis, tristitiam & mœrorem præcipuè accusamus, *spiritus enim tristis, Ecclesiaste teste, ossa consumit, quidni etiam corporis habitum depravare valeret?*

Nec PRÆTER-NATURALES causæ omninò excludendæ; Sic enim hypochondriacos cachexiam incurrere, novum non est. Sic à febribus intermittentibus convalescentes sæpissimè cachecticorum & faciem & habitum gerunt *teste Solenandro s. 3. consil.* vj. Sic à fluxu mensium quovis modo vitiato hunc affectum oriri, paulò ante ostendimus. Ipsam luem veneream inter causas refert *Sennert. l. 3. prax. part. 6. s. 2. c. 2.*

SUPERNATURALEM etiam quandoque causam agnoscit cachexia: DEI enim permissu Satanas morborum semina spargit, qui curationem ex remediis naturalibus ægrè admittunt. Infantes ex fascino cachectici, vel ipsâ atrophiâ laborantes, quos frequenter cernere datur, idem confirmant. Meminit ipse Sacer Codex fœminæ cujusdam valetudinariæ, incurvatæ, & quantum conjicere licet, cachecticæ, quam cùm 18. annis spiritus malignus his infirmitatibus detinuisset, Salvator noster sanitati restituit, *Evangel. Luc. c. 13. v. 11.*

CAPUT V.

Differentias exponit.

QVamvis cachexia in se spectata in varias dividi possit species, inpræsentiarum tamen illam tantùm considerāmus, quæ SCORBUTICA vocatur. hæc variat.

1. Ratione GENERIS alia enim est levis & incipiens, alia inveterata, alia hereditaria, & congenita, alia acquisita.

2. Ratione SUBJECTI alia est universalis & totius corporis, alia hujus vel illius visceris vitio contingit.

3. CAUSÆ, ut plurimùm enim à colluvie serosâ, in-

terdum verò & à pituitâ crassiori ortum trahit; quædam etiam atris & adustis humoribus natalitia debet.

CAPUT VI.

Signa diagnistica & prognostica Suggerit.

QVò feliciùs curationi operam impendamus, signa tàm DIAGNOSTICA quàm PROGNOSTICA spectare necessum est.

Si igitur causæ anteà dictæ præcesserunt, si æger cibis crassioribus, ⊖itis, fumo induratis usus fuerit, si in regione scorbuto progignendo fertili vixerit, vel adhuc degat, Si hypochondriacus, vitam sedentariam, in locis subterraneis ac uliginosis hactenus egerit, si facie, quâ floridus olim erat, jàm pallidus, tòto corpore subtumidus, de respiratione difficili, membrorum gravitate, lassitudine spontaneâ, gingivarum exulceratione &c. conqueratur, crura lituris ac maculis lividis pingantur, parentes eôdem malo laboraverint, tunc ægrotum talem cachexiâ scorbuticâ laborare, certum est, quibus copiosus quandoque sudor & alia signa communia accedunt, hîc memoratû vix necessaria.

Differt verò hic affectus

1. A cachexiâ vulgari, quia in istâ scorbuti signa absunt.

2. A scorbuto ipso; hic enim non semper cachexiam conjunctam habet: imò sæpiùs corpora satis florida per aliquot annos aliis funestis exercet symtomatibus, quæ tamen nullò modo cachectica dici possunt.

3. A χλοgώσει Virginum eò, quòd illa mensium obstructionem præsupponat.

4. Ab hydrope anasarca, ibi enim & scorbutus abesse potest, & serosorum humorum copia major & excessiva deprehenditur.

Prognosin quod attinet, signa ista sunt

I. SALUTIS & MORTIS

Ratione GENERIS ex se & suâ naturâ cachexia scorbutica lethalis non est, dum nimirùm adhuc recens, in principio

pio & humoribus saltem consistit; Sic enim ubi vitiosa
rc diathesis viscerum fermenta nondùm altiùs insedit, so-
sæpè victûs & aëris mutatione corrigitur; Quæ vero i-
itiò neglecta per moras invaluit, ob materiæ vitiosæ co-
iam & viscerum δυςκρασίαν, quam necessariò inducit, o-
tima sæpè remedia spernit non modò, sed & alios morbos,
ti mox dicetur, & mortem ipsam infert.

SUBJECTI ratione, Senes ubi hoc affectu laborant
ifficiliùs liberantur, faciliùs verò juvenes.

Ratione CAUSARUM, gravior est, quæ ex omnium
iscerum ἀτονία provenit, gravior quæ à ⊖e enixo, muriati-
o ortum trahit, item, quæ hæreditaria est; levior quæ ven-
iculi, vel unius tantùm visceris, vel diætæ vitio contingit.

2. LONGITUDINIS & BREVITATIS, ex chronicorum nu-
ero est, ad plures sæpè annos durat, & nisi maturè prospi-
iatur, ad mortem vel deducit, vel usque comitatur.

3. MODUS EVENTUS considerandus etiam est. Negle-
tum enim & inveteratum hoc malum plerumque hydro-
em causatur, eoque ipso ad mortem recto ducit tramite,
d phthisin quoque & asthma disponit, colluvie istâ serosâ
d pulmones sensim vel confertim delatâ. Interdum in
uperficie corporis & artubus ulcera disepulotica & vix sa-
abilia excitat.

Si ad intestina materia feratur, colicam sæpè produ-
it, & ipsam passionem iliacam, mortis prodromum rarò
ncertum.

SALUTARIS tamen eventus sperandus, si malum non
deò inveteratum sit, si evacuatâ ac discussâ materiâ vitio-
â restituto hinc suo singulis visceribus tono, diætæ regulæ
robè observentur.

CAPUT VII.

Ad curationem se accingit ac fontem chi-rurgicum aperit.

CUratio cachexiæ scorbuticæ absolvitur methodo me-
dendi, & præsidiorum materiis.

Mi-

Methodus medendi abſolvitur indicationibus conſvetis:

CURATORIA quæ ipſum hunc affectum, ejusque radices altiùs eradicare tentat.

PRÆSERVATORIA, quæ cauſas morbificas remotiores reſpicit, easdemque per contraria alterandas & evacuandas eſſe, oſtendit.

VITALI, quæ vires ipſius ægri conſervare, ac viſcera labefactata quôvis modô corroborare nititur.

Hiſce indicationibus ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico ac Diætetico ſatisfit.

Ex fonte chirurgico VENÆ SECTIO primò ſe ſiſtit, quæ quidem in cachexiâ ut tali locum habere minimè poteſt, at verò dari poteſt cachexia ſcorbutica, quæ plethoram ſimul conjunctam habeat, quæ à menſium ſuppreſſione vel oriatur, vel foveatur, quæ hæmoptyſin comitetur, in his & ſimilibus derivandi vel revellendi fine in minori quantitate educi ſanguis tutò poteſt. Venarum delectum, ſanguinis educendi tempus, quantitatem ac modum pro indicationum varietate Medicus rationalis facilè determinabit.

Commodum etiam erit, in adſvetis hujus vicarias CUCURBITULAS cum ſcarificatione ſubſtituere. Inprimis verò FONTICULORUM uſus hîc proficuus eſt ac neceſſarius: his enim ſucceſſivè magna ſeri acrioris & vitioſi copia educitur cum inſigni cachecticorum levamine.

Ipſe novi fæminam ſcorbuticam, quæ, ubi per aliquot annos nimio & efferato menſium fluxu laboraſſet, ſanguinem V. Sectâ exhibebat adeò ſeroſum, ut rectiùs ſerum ſanguineo ſaltim colore tinctum dici potuiſſet, cachexiam hinc & ipſum hydropem certò timebat, utriusque cruris tumore jàm ad inguina adſcendente; hæc, excitato in domeſticâ tibiæ parte fonticulo, & priſtinum recuperavit faciei colorem floridum, & à pedum tumore penitùs liberata ſanguinem poſteà ex venâ emiſit multò conſiſtentiorem, & pauco ſaltim ſero modificatum, quin optimâ nunc ſanitate fruitur.

CAPUT

CAPUT VIII.

Auxilium ex fonte pharmaceutico depromit.

CUm in hoc affectu ſerum, ut diximus, & quantitate & qualitate peccet, ſuccusque nutritius à viſcerum fermentis peculiari modo corruptis inquinatus fit, hinc ſeri quantitas erit minuenda, qualitas vitioſa corrigenda; fermenta verò viſcerum ad ſtatum naturalem reducenda erunt, ut nutritio felicius procedat. Convenientia hiſce copis obtinendis remedia PHARMACIA ex triplici Regno pleno horreo ſubminiſtrat. Sunteadem vel

EVACUANTIA per vomitum, alvum, ſudorem, urinam, & alias, quas natura monſtrat vias, hanc enim quorum ducit, ſequi debet ejus miniſter Medicus.

ALTERANTIA quæ vel ſerum coagulatum & quaſi gelatineſcens attenuando ac fundendo viſcerum obſtructiones expediunt, adeoque intentatam â malignitate ſcorbuticâ eri & ſanguinis diſſolutionem quæ, ut ſupra laudatus *Dn. Wedelius. in. tr. de Med.Fac. tr. c.2. ſ.2. p.m.34.* ingenioſè ſupponit, morborum malignorum eſſentia eſt, præcavent ac retardant, ⊖ia ſylveſtria, acida ſanguinem nimis figentia, domant, volatiliſant, edulcorant, acria, lixivioſa, ſanguinem nimis rarefacientia obtundunt; hebetant, diluunt, absorbent ac præcipitant, adeoque debitam ſanguini aerentiam reſtituunt. Quibus omnibus ſi ea, quæ laxos viſcerum villos roborant, & ſpecificâ vi confortant, addunur, obſervatâ ſimul convenienti diætâ, optatam ab hoc malo liberationem tùm æger tùm Medicus divino freti auxilio ſperare poſſunt.

Inter EVACUANTIA, primo loco meritò ponuntur PURGANTIA, quæ initio lenia adhibeantur, ac interpoſitis unâ vel alterâ vice aperientibus appropriatis, vulgò DIGESTIVIS dictis: etiam fortiora in uſum vocari poſſunt, exclusis tamen omnibus δρας̈ικοῖς, ac violentioribus, quippe quæ imprudenter adhibita humores ſcorbuticos turbare & irritare tantùm ſolent; cachexiam inducere magis valent, quàm tollere. Mitio-

Mitiora verò sunt: fol. sen. epithym. tamarindi rad. mechoacann. utraq;, lap. lazuli, rhabarbarum, polypodium. Ex compositis: pulvis *Comitis de Warwiek*, pilul. antiscorb. *Grülingii.* ☿ eæ *Quercetani*. species diasenn. *Montagnan*. syrup. sceletyrrbici, diaser. *Adenac*. de cich. c. rhab.

Præstat verò per ἐπίκρασιν purgare, unde infusum noduli ex herbis antiscorbuticis, anticacheticis & hisce purgantibus lenioribus cum fructu adhiberi posset.

His verò semper præmitenda ac interponenda Aperientia, v.g. crystalli, cremor, arcanum & ℞a ☿i, ☿ ⊕la tus, arcanum duplicatum *Mynf.* clyssus ♁ii ☿ satus, ☿ satus. aqua aperitiva. syr. d.2. de 5. rad. ~ aperitiv. *Penot.*

Vomitoria tùm præservando tùm curando salutarem quoque hîc præstant operam, materiam enim circ ventriculum & venas Mesaraicas hærentem, quæ sæpiùs cachexiæ causâ existit, cito educunt; ac præsertim, ubi nausea & salivatio adsit, summo cum fructu adhibentur. possunt dari ⊖⊕l. ☿ vit. ☿ emeticus Mynf. confectio emetica *Zwölferi*. aq. bened. Rul.

Si per sudorem natura colluviem serosam aliàs expellere vel adsveta est, vel jam nititur, Sudoriferis felicissimè adjuvari poterit, hæc enim præ cæteris ⊖ scorbuticum ejusque vehiculum serum eliminare satagunt. possunt verò pro ægri constitutione varia seligi: ♁ialia legitime præparata, ℞. ♁ii, ♁ium diaphoreticum, bezoarticum minerال. ♂ale, ☉are, lap. bezoar. orienral. ~ CC. viperarum eorumque ⊖ volatile. ℞. bezoartica. D.M. c. ~ cochlea ~ lign. guajac. maritat. Videndum tamen & hîc est, ne quid nimis fiat, hoc est: ne sudore nimio humores magis colliquentur.

Per Diuresin serum in corpore abundans commodè etiam evacuatur: Inserviunt huic scopo Medicamenta ex ☿o parata, ℞ ☿i composita, acidum ☿, liquor crystalli ☿ri. clyssus ♁ii ♎atus, & ☿ satus. ~. ⊖. ⊕i, ☿i, ⊖is ☿i, ℞. aperit. *Mœbii*, ~ succini ☿ satus *Doring*. aper. *Penot*. ⊖ia herbarum appropriatarum fixa pleraque.

So

Solis tamen hisce evacuantibus & aperientibus totum negotium absolvi nequit; cùm enim horum usu continuo viscera magis debilitentur, & hinc vitiosorum humorum proventus augeatur, consultum erit his interponere ALTERANTIA, SPECIFICA, & CONFORTANTIA. talia sunt quæcunque humores serosos absorbent, eâque ratione, ut paulò ante diximus, agunt, à ⊖le scorbutico viscera liberant; eademq; roborant & omnia antiscorbutica & anticachectica dicta. Inprimis ♂alia, multaque alia ex triplici regno desumta: omnia item quæ ⊖e volatili copioso pollent, ut sunt: cochlearia, nasturtium, raphanus rusticanus, sedum minus, nummularia, & ex his & aliis præparata: ~tus, ℞æ, essentiæ, magisteria, ⊖a, aquæ ♌æ, syrupi, conservæ &c. ~ cochl. rectif. ~ absinth. ~ ♓ci. ♂al. & simplex. ℞ ⊕l. ♂t. *Excellentissimi Dn. D. Wedelii*, ℞a ♂tis antiscorbutica purgans. ⊖ volatile rutæ *Dn. D. Wedelii*, quô solô nuper fœminam cachexia scorbuticâ & mensium obstructione laborantem, variis per aliquot annos frustrà adhibitis, sanitati restitui. ♀ cachectic. *Quercetani*, ♀ stomachicus *Bierckmanni*, ℞a ♂tis pomata, ♀ sata, croc. ♂t. c. ⊖ibus, spec. diarion. santal. diaxyloaloes, ♂. ♂ale cachecticum. mixtura anticachectica. ~ ⊖is ♀i, ⊖ volatil. oleos. *Sylvii*, arcanum ♀i. Elix. verum *Conerdingii*, ℞a antiscorbutica aperitiva *Riemschneideri*. — rob. chamæmori Norvvegici. aqua scorbutica *Dornkrellii*. aqua cordialis citrata *Döringii* ~ roris majal ℞. ♂t.)aris. ℞. ambræ. ℞a ▽ catechu, acidum ♀i, cordiale *Zobelii*. ℞a corall. c. menstruo cælesti parata. essentia perlarum, conf. alkerm.

Varias ex his remediorum formulas præscribere cuivis, vel leviter in Medicinâ versato erit facillimum.

ACIDULAS tandem cachecticis & scorbuticis svadere non dubito, THIENSTEINENSES vel in viciniâ PYRMONTANAS, modò corpus à vitiosis, quoad fieri potest, humoribus prius repurgatum, nec viscera penitùs de tono suo dejecta sint.

CAPUT IX.

Diætam præscribit.

NOn satis est, Divini Senis effato, Medicum suum fecisse officium, nisi suum quoque & ipse faciant æger, & adstantes, sintque externa ritè comparata. Inprimis enim ægroto juxta Medicamentorum usum diæta eò exactior est observanda; quò majus in illa ad morbum sive præcavendum sive curandum positum est momentum.

VITALIS igitur DIÆTA requirit aërem purum, serenum, temperatum, qui tamen magis ad caliditatem quam frigiditatem vergat, vitetur marinus, crassus & particulis halinitrosis refertus, vel talis arte per suffitus corrigatur.

In NATURALI CIBUS & POTUS considerantur.

1. Ratione quantitatis, præstat ventriculum horum mole non obruere; nunquam enim satiari cibis optima Medicina est: crapula cruditatum mater sedulò vitanda.

2. ratione qualitatis eligantur cibi εὔχυμοι καὶ εὔπεπτοι, assati præsertim, carnes gallinarum, perdices, alaudæ, aliæque aves montanæ.

3. Ratione utendi modi liquida solidis præmittantur.

Panis sit benè fermentatus & coctus.

Embammata ex cochleariâ, nasturtio, synapi & aliis antiscorbuticis parata adhibeantur. pisces saxatiles concedi possunt. Vitentur verò omnia acida, nimiùm salita, fumo indurata: saccharum & reliqua dulcia, facilè obstructiones generantia, fructus horarii, omnia flatulenta, crassiora & coctu difficilia exulent. Lactis usus moderatus concedi potest, magis verò ejus serum herbis antiscorbuticis alteratum proderit.

Potus sit cerevisia clara, defæcata, lupulo debitè condita. Vinum odoratum, purum, Rhenanum, Mosellanum neutiquam à cachecticorum mensâ excludendum. stomachum enim roborat, & cruditates modicè sumtum corrigit.

2. So-

ANIMALIS complectitur, 1. Motum & quietem; Corporis motio præ quiete cachecticis semper eligenda, v. g. equitatio, deambulatio in amæna prata vel silvas; quies parcior sit.

2. Somnum & Vigilias. horum usum Poeta sequenti disticho inclusit:

> Et dormire bonum & vigilare; sed utraque quamvis
> optima; si fuerint immoderata, nocent.

3. Animi pathemata, quæ singula temperanda, mœror, tri-
verit.
stitia, invidia præsertim vitanda.

4. Excreta & Retenta justum modum ac tempus obser-
Veneris usus sit parcissimus.

Atque hæc sunt quæ de tædiosissimo hoc affectu impræsen-
iarum volante quasi calamo in chartam conjicere licuit: quùm
nim satis prolixum & accuratum commentarium *B. Dni. Riem-*
hneideri apud Quedlinburgenses quondam Physici meritissimi,
Eugaleni de scorbuto librum ex Bibliothecâ mea luci publicæ
xponere quamprimum decreverim, hic thesium loco affectus
orbutici aliqualem adumbrationem exhibere tantùm volui,
axit supremum Numen, ut omnia in Divini sui nominis glo-
riam & proximi salutem cedant!

TANTUM!

GLoria summa venit TIBI SCHMIDI*; nobile Agalma*
ordinis Asclepii: Gratulor inde TIBI.

NOBILISSIMO DOMINO DOCTORANDO
dignè promeritos ex animo gratulor honores,
& successus invidendos exopto

PRÆSES.

Me-


Actenus insignes morborum strage triumphos
Sæpè reportâsti nunc ultima linea honorum
ducitur; hinc doctam flammabit purpura frontem,
Insuper & sociam famam sibi junget hygea
ut virtus dignis vigeat post fata coronis.

Dn. Schmidio suo, medico experientissimo, honores quos capessit, ut meritissimos ita felicissimos ex animo Gratulatur

Georg. Wolffgang. Wedelius D

F I N I S.

